

mortuo filio, pendente conditione transmittit legitimam ad alios descendentes jure sanguinis, ut latius, & notabiliter dixi infra istâ repetitione.

Dujum

Sed pulchrum dubium & necessarium est, quid erit de aliis bonis ultra legitimam relictis sub conditione; in quo breviter dico, quod si talis filius non habeat substitutum, vel cohæredem, statim sibi accrescunt: quia in omnem eventum est habiturus prædicta bona, modo deficiat conditio, modo non, ita probat textus in l. si quis ita scripserit, ff. de hered. instit.

Si verò habeat substitutum vulgarem bene debet expectari conditio in aliis bonis: quia in defectum ejus debent pertinere ad substitutum: ita probat text. in l. si te solum, ff. de hered. instit. text. in l. cum heres, §. qui ex parte ff. de acquir. hered. Si verò habeat cohæredem, similiter debet expectari con litio in aliis bonis, sed debet intelligi isto modo, quod talis filius statim debet habere medietatem illorum bonorum cum legitima, quam purè habeat ex eo, quod in omnem eventum eam est habiturus: sed in alia dimittit expectabitur conditio, & si venerit, in ea succedet cohæres; si verò defecerit, in ea succedet filius virtute juris accrescendi, propter alias partes, quas purè jam habuit; ita probant prædicta jura, & in terminis ita declarat Paul. de C. in l. cum heres, §. qui ex parte, ff. de acquir. hered. idem Paul. in leg. suis quoque, 3. col. num. 3. ff. de heredibus substituen. Et idem est, si parte relinquitur filio, vel descendenti legatum, fideicommissum, praelegatum, meliorationem sub aliqua conditione, vel substitutionem aliquam fideicommissariam sub conditione, si alter filius vel hæres defecerit sine libris, vel sub qualibet alia conditione; vel substitutionem directam, vulgarem & pupillarem, quæ in se habent conditionem, & talis filius decedat pendente conditione antequam verificetur: nam tunc non transmittit eam jure sanguinis ad descendentes spe illius legati, meliorationis, vel substitutionis: ita expresse probant jura per me superius allegata, & in terminis ita tenet Gloss. ordinaria in dicta l. una, C. de his qui ante aper. tabul. in gloss. final. & ibi communiter Doctores, illam Glossam ad hoc notat, & commendat Bald. in l. una, C. ut actio ab hered. & contra hered. incip. 1. col. num. 1. Idem Bald. in leg. unica, §. fin. autem sub conditione, C. de caduc. tollend. 1. col. in fine, num. 5. idem Bald. in cap. 1. 2. col. num. 1. qui successores veniantur in usibus feudorum, Paul. de C. in l. cum filio, penult. col. num. 2. ff. de legat. 1. & ibi communiter Moderni, J. in l. 3. de fideicommiss. 2. col. num. 3. similiter Gloss. est notabilis, in l. heredes mei, §. cum ita, in gloss. final. ff. ad Trebe. & ibi tenet Bart. 1. col. 2. oppos. Albert. 2. col. in fin. Aug. 1. col. post princ. Imol. 2. col. post princ. Paul. 2. col. num. 3. Alex. 3. col. num. 6. Socii. melius quam alibi, 3. col. in fine, quem omnino vide, Aug. in §. an servo, Instit. de legat. fin. col. in princ. licet Gloss. singularis & unica teneat contrarium, in l. is cui sub condit. ff. de act. & oblig. in gloss. 1. in fin. quam ibi dicit unicam Angel. & eam dicit unicam Paul. in l. cum filio, penult. col. de leg. 1. sed communiter reprobatur secundum Bart. & omnes, in d. l. is cui, & secundum alios Doctores in d. locis.

Amplia.

Pulchrum tamen & subtile dubium est in materia, si pater vel ascendens instituit filium, vel descendentem hæredem, eique dedit substitutum vulgarem, dicendo: Quod si non fit hæres Titius, & talis filius, vel descendens mortuus sit, hæreditate non aditâ, an transmittat hæreditatem ad posteros descendentes virtute sanguinis, vel deliberandi, & præferatur substituto vulgaris. An verò admittatur substitutus exclusio hærede, in quem fit transmissio, & per consequens, impediatur transmissio, & per dationem substituti vulgaris? Et certè videtur quod admittatur, & præferatur substitutus.

Primo, quia substitutus venit immediatè ex expressa voluntate defuncti, ut in l. 1. & per totum istum tit. de vulg. & pup. transmissio verò venit immediatè ex legis dispositione: ita probat text. in d. l. una, C. de his qui ante aper. tabul. text. rectè ponderatus, in l. cum antiquioribus, C. de jure deliberandi, ibi, ab hujusmodi beneficio excludatur, text. in l. cum antiquioribus, C. de jure deliberandi, ibi, ab hujusmodi beneficio excludatur, text. in l. unica, §. si in novissimo, C. de caduc. tollend. sed provisio hominis facit cessare provisionem legis, ut in l. finali. C. de pact. & convent. & in l. maritus, C. de procurator. Ergo sequitur, quod in nostro casu substitutus præferatur heredi, in quem aliàs debet fieri transmissio.

Secundo facit, quia substitutus vulgaris præferatur cohæredi, qui vult venire per jus accrescendi, text. est in l. 2. §. si duo ff. de bonorum possess. secund. tabul. text. in authent. hoc amplius, C. de fideicommiss. l. unic. §. in primo, & §. pro secundo, C. de caduc. toll. cujus potissima ratio illa est; quia jus accrescendi immediatè, & principaliter provenit ex legis dispositione, & conjecturata mente defuncti, text. est in l. si in testam. in fin. infra isto tit. de vulg. & pupillar. & ibi notat Bartol. Imol. Paul. & communiter Doctores; & finaliter facit, quia datio substituti vulgaris tollit & impedit transmissio nem, quæ fit ex potentia suaratis propter illam tacitam conditionem (si voluerit) ibi comprehensam (ut supra latè dictum est) & illa est fortior & potentior transmissio, cum fiat ad quocumque. Ergo à fortiori, debet impediti ista transmissio, quæ fit virtute sanguinis, vel deliberandi, quæ est debilior, & istud videtur inconvinibile fundamentum. Et in expresse istam sententiam & conclusionem tenet Ang. in l. si paterfamilias, 1. col. num. 14. ff. de hered. instit. Idem Angel. in l. cum proponas, in princ. C. de hered. instit. idem Angel. in l. final. in princ. infra isto tit. de vulg. & pupill. idem Angel. in consil. suis, cons. incip. quidam Nicolaus, 1. col. in fin. Salyc. saltem in jure deliberandi, in l. cum antiquioribus 3. col. 4. quæst. princ. C. de jure deliber. Franc. de Ripi, in l. 1. ff. de vulg. & pupill. 18. col. num. 129. vers. tertio dubitatur. Sed his non obstantibus, contrarium est tenendum Imò quod hæres, in quem fit transmissio virtute sanguinis, vel juris deliberandi, præferatur substituto vulgaris. Pro qua sententia & conclusione primò facit, quia natura substitutionis vulgaris ex intentione testatoris est quod ita demum substitutus admittitur, si primus institutus non fuerit hæres, ne alium fecerit hæredem: si paterfamilias, vers. ibi intelligitur tale quid dicitur, si Titius nec ipse hæres erit, nec alium hæredem fecerit, ff. de hered. instit. text. in l. cum proponas, Cod. de hered. instit. text. in §. final. instit. de vulg. substit. Sed in nostro

Dubium pulchrum.

Confirmatio.

Argum. in contra.

stro casu hæres institutus, qui non adivit, alium facit hæredem virtute transmissiois. Ergo excludatur substitutus. Confirmatur, quia (ut aliàs dixi) transmissio est quedam extensio & prerogatio successiois ejusdem naturæ & formæ, argum. to textus in l. si quis filium, §. 1. ff. de acquir. vend. text. in l. cum antiquioribus, vers. & siquidem, ubi hoc jus ad suam successioem intra annale tempus extendit, & tenet eleganter Bald. in l. cum proponas, C. de hered. instit. 3. col. num. 5. in d. l. una, C. de his qui ante aper. tabul. fin. col. & in l. 2. de liber. præter. 2. col. 4. oppos. ergo sicut ipse primus hæres institutus ad eundem poterat excludere substitutum, ita ejus hæres, in quem fit transmissio.

Argu. 1.

Secundò facit, quod ita demum admittitur substitutus vulgaris, si primò institutus penitus excluditur, l. 3. ff. de acquir. hered. cum similit. sed ille, qui habet potentiam transmittendi hæreditatem non aditam, non potest dici penitus exclusus, quia ex persona sua & jure transmissio, hæres ejus potest adire, & per medium ipsius effici hæres. Ergo substitutus non debet admitti, quousque etiam hæres ejus sit exclusus.

Argu. 3.

Tertiò facit textus in d. l. una, ibi licet non sint invicem substituti, ubi probatur, quod semper fit transmissio ad descendentes licet non fuerit facta substitutio vulgaris: & licet ille textus, pro & contra soleat à Doctores allegari; tamen ego dico, quod nihil probat in nostra questione, quia sensus ejus est: quod beneficio illius legis fit transmissio ad descendentes licet illi descendentes, in quos debet fieri transmissio, non sint substituti primò heredi transmittenti, & ista est pura veritas, subtiliter intelligendo, potius probat in favorem substituti: quia factè substitutione probat, quod admittetur virtute substitutionis.

Argu. 4.

Quartò & principaliter pro hac sententia & conclusione facit textus in l. unica, §. cum autem, juncto §. in novissimo, Cod. de caduc. tollend. ubi dicit textus in d. §. in novissimo quod hæreditas non adita, non transmittitur nisi virtute sanguinis, per l. Theodosianam, que est ex unica, C. de his qui ante aper. tabul. & virtute deliberandi, per dictam legem, cum antiquioribus, & postea dicit textus in d. §. cum autem, quod si non adeat hæreditas, nec sint persona, ad quas virtute prædictarum legum fit transmissio, admittatur substitutus vulgaris, & eo deficiente, hæreditas devolvitur ab intestato, & eis non stantibus admittatur fiscus: ergo clarè probat, quod concurrente herede, in quem fit transmissio ex una parte, & substituto vulgaris ex alia, præferatur hæres, in quem fit transmissio, & certè ille text. decidit questionem, & in expresse istam sententiam & conclusionem tenet magistratè Bart. in l. sed est pro dote, §. fin. ff. de legat. præstand. ubi dicit, quod ista est sua nova investigatio & opinio, idem Bart. in l. 1. isto tit. de vulg. & pupill. 6. col. num. 20. & ibi Aret. 7. col. num. vers. circa quartam questionem, Alex. 5. col. num. 10. Jal. 7. col. num. 1; Soc. latius & melius, quam alibi, 20. col. num. vers. circa secundam questionem, idem Bart. in l. si paterfamil. vers. ultimo nota ff. de hered. instit. & ibi notabiliter Joan. de Imol. penult. col. num. vers. ultimo inducitur. Idem Bart. in l. cum proponas, 1. col. num. 4. C. de hered. instit. & ibi notabiliter Bald. 3. col. num. 5. Paul. 3. col. num. 9. Jal. 8. col. num. 18. Corn. 2. col. num. num. 2. Bald. in l. cum antiquioribus, 1. col. num. & quæst. C. de jur. deliber. idem Bald. post Gloss. ibi quam ponderat. in l. 3. ff. de acquir. hered. & ibi Paul. de C. Alex. & Jac. idem Bald. in l. apud hostes, 1. Ant. Gomezii Variæ Resol. Tom. I.

stro casu hæres institutus, qui non adivit, alium facit hæredem virtute transmissiois. Ergo excludatur substitutus. Confirmatur, quia (ut aliàs dixi) transmissio est quedam extensio & prerogatio successiois ejusdem naturæ & formæ, argum. to textus in l. si quis filium, §. 1. ff. de acquir. vend. text. in l. cum antiquioribus, vers. & siquidem, ubi hoc jus ad suam successioem intra annale tempus extendit, & tenet eleganter Bald. in l. cum proponas, C. de hered. instit. 3. col. num. 5. in d. l. una, C. de his qui ante aper. tabul. fin. col. & in l. 2. de liber. præter. 2. col. 4. oppos. ergo sicut ipse primus hæres institutus ad eundem poterat excludere substitutum, ita ejus hæres, in quem fit transmissio.

Nec obstant fundamenta superioris in contrarium adducta: quia primò respondeo, quod verum est, quod substitutus vocatur ex expressa voluntate defuncti, tamen debet intelligi, quando penitus excluditur institutus, & hæres ejus, in quem fit transmissio: non verò aliàs, & ista est intentio defuncti, quam sequitur & comprobatur legis dispositio.

Secundò, non obstat secundum fundamentum, quia respondeo, quod ibi hæreditas vel portio primo instituto delata omnino deficit, nec virtute transmissiois ex sua persona ad aliam fuit transmissa. Unde cum deur concursus substituti & cohæredis, merito præferatur substitutus: quia expresse reperitur vocatus ex dispositione defuncti, cohæres verò tacite in defectum ejus. Ex quo educitur & inferitur, quod à fortiori potentius erit jus transmissiois, quam jus accrescendi, quia si est potentius jure substitutionis, & jus substitutionis est potentius jure accrescendi: ergo &c. & ita in expresse tenet Bald. in l. unica, C. de his qui ante aper. tabul. 1. col. Jal. in l. 1. C. quando non per. par. 9. col. 2. 5. & ibi alii Moderni. Et finaliter non obstat ultimum fundamentum in quo dicebamus, quod datio substituti vulgaris & tollit & impedit transmissioem, quæ fit ex potentia suaratis, propter illam tacitam conditionem (si voluerit) ibi comprehensam. Ergo impediatur transmissio jure sanguinis & deliberandi. Quia notabiliter respondeo, quod illud procedit in filio suo, & in potestate, qui de jure civili erat suus & necessarius patri. Unde per talem substitutionem & tacitam conditionem ibi comprehensam, efficitur per partem, & per legem civilem; voluntarius: sed filius emancipatus, vel filius respectu matris, non est suus, nec in potestate, imò reputatur extraneus, & in eo talis conditio (si voluerit) nihil operatur, nec facit cum magis voluntarium, quam antea esset textus est, de utroque in l. Cornelius ff. de hered. instit. text. in l. jam dubitari, eod. tit. text. in l. verba hæc ff. de cond. instit. Unde merito in filio suo talis substitutio, & conditio (si voluerit) impedit transmissioem, sed in filio emancipato vel respectu matris, non. Sed advertet subtiliter, quod ista solutio non videtur concludens: quia posset procedere de jure antiquo, quo non erat inventa transmissio jure sanguinis vel deliberandi; sed hodie cum sit inventa transmissio de jure novo, merito deberet tolli & impedi per substitutionem vulgarem, & per conditionem (si voluerit) ibi inclusam, cum jam non reputetur omnino extranei virtute transmissiois; Confirmatur ista difficultas, quia licet legatarius sit omnino extraneus, & regulariter transmittat legatum non agnatum ad quocumque, tamen si ei sit imposita conditio (si voluerit) vel datur substitutus vulgaris non transmittit, ut in l. si ita legatum, §. ille, si voluerit ff. de legat. 1. & in l. si legat. Cod. de legat. Ergo eodem modo ista substitutio vulgaris & tacita conditio (si voluerit) in ea comprehensa deberet tollere & impedire istam transmissioem, & per consequens deberet præferri & admitti substitutus: & certè ista est valde subtilis & terribilis difficultas, quam in hoc passu Doctores non declarant. Sed sustinendo communem opinionem

Solut. contra riorum.

Solut. 1.

Solut. 3.

nione respondeo, quod si filius suus & in potestate, ita in ipso Jure efficitur heres patri, & in eum continuatur dominium, ex quo resultat necessaria transmissio ad quoscumque, unde per illam substitutionem vulgarem & conditionem (si voluerit) ibi comprehensam tollatur fuitas, & continuatio domini, & efficitur voluntarius, merito ex necessaria consequentia tollitur, & impeditur transmissio ad quoscumque virtute fuitatis, quae jam non est: sed in nostro casu & questione per dationem substituti vulgaris & conditionem ibi inclusam, non tollitur jus sanguinis, nec jus & facultas deliberandi infra annum, cujus causa & ratio inducit transmissio. Unde merito, non obstante substituto, fit transmissio & heres, in quem fit, praefertur ipsi substituto. Ex quo infero valde subtiliter, & notabiliter, quod hodie filius suus & in potestate, cui est datus substitutus vulgaris, licet non possit transmittere ad quoscumque virtute fuitatis per rationem, quam dixi: tamen bene poterit transmittere saltem ad descendentes juris deliberandi, sicut filius, vel heres in quo non datur fuitas, & in esse etiam ita videtur velle Joan. de Imol. in l. si paterfamilias, penult. col. vers. ultimo inducitur, ff. de hered. instituend. idem Imol. in l. si paterfamilias, col. vers. quid autem si filius, ff. de condit. insti.

51
Transmissio
dicat. juris
deliberandi.

Aliquando & tertio fit transmissio ex capite juris deliberandi & ista fit, quando aliquis haeres modo fit filius vel descendens: modo agnatus, vel cognatus, modo penitus extraneus cui hereditas est delata ex testamento, vel ab intestato, decessit hereditate non adita. Nam tunc transmittit eam ad quoscumque heredes, si decedat infra annum, postquam fecerit hereditatem sibi delatam, text. est capitalis & expressus in l. cum antiquioribus, C. de jure delib. & ibi notat. Gloss. ordinaria, Olofred. Petrus, Jacob. Barr. Barr. Alberic. Bald. Angel. Salicet. Paul. Fulgos. Alexand. Jafon. Philip. Decius, Corneus, Jacob de Sancto Georg. & communiter Doctores, & probat lex 2. in part. quae disponit quod si heres decedat pendente tempore deliberandi a lege, vel iudice coactum hereditate non adita ad haeres ejus transmittit, ut possit adire infra residuum tempus: Ergo eodem modo, si decedat infra tempus deliberandi a lege concessum. Cujus ratio potest esse, quia sequum visum fuit legislatori, ut haeres habeat illum annum ad deliberandum, an velit adire, vel non adire, ne inconsulte in re tam ardua verteret, unde si infra illum decedat merito transmittit, quia non videtur esse in culpa, vel negligentia. Et in filio & descendentes potest esse utilis ista transmissio, quia heres in quem fit transmissio, non habet necesse probare matrimonium, patriam potestatem, jus sanguinis, nec descendendum liberorum, ita Bald. in dist. l. cum antiquioribus, 2. col. post princ. & ibi Jaf. 2. col. 2. nos. Jacob. de S. Georg. 2. col. in princ.

52
Declaratio

Quod primo intelligit, & declara, ut talis haeres tantum transmittat illud residuum tempus anni, quod supererat, non vero amplius tempus unde infra illud residuum tempus haeres in quem fit transmissio, tenetur adire, aliter repellitur, ita text. in d. cum antiquioribus, vers. final. cujus verba sunt: *Sin autem instanti annali tempore decesserit, reliquum tempus pro adenda hereditate suis successoribus sine aliqua dubitatione relinquatur* & ibi tenet Gloss. ordinaria & communiter Doct. tenet etiam Bart. in l. qui duos, ff. de reb. dub. 2. col. in fine, num. 7. & idem expressè probat,

& disponit praedicta l. 2. rit. 6. part. 6. Secundo intelligit, & declara: quando talis haeres sciebat hereditatem sibi delatam esse, & post scientiam decessit infra annum, si vero esset ignorans, nullo modo transmittit ita text. in dicta l. cum antiquioribus, vers. est quidem, cujus verba sunt: *Esti quidem is qui sciens hereditatem, vel ab intestato, vel ex testamento sibi esse delatam deliberatione minime petiit intra annale tempus decesserit, hoc jus ad suam successionem extendat, & ibi tenet Gloss. ordinaria & communiter Doct. tenet etiam Bart. in l. 2. qui duos, 2. col. in fine, num. 7. cujus ratio est quia ignorans deliberare non potest, cum deliberatio sit quaedam animi meditatio, & requirit libertatem arbitrii quae in ignorantem non cadit; argumento l. final. C. de condit. insti. & in l. manifestissimis, §. si autem nescius, C. de furtis, & istam rationem ponit Bald. in d. leg. cum antiquioribus post princ. Salic. 2. col. final. Paul. 1. col. & ante eos Bartol. in d. l. qui duos, 2. col. in fine, ex quo dicit Bart. in d. l. cum antiquioribus, & ibi Doctores quod debet esse cautus haeres in quem fit transmissio, & ejus advocatus, ut prober defunctum praedecessorem habuisse scientiam hereditatis sibi delatae infra annum decessisse. Addo tamen, quod isto casu haeres in quem, alius debet fieri transmissio, postea petere restitutionem ex persona defuncti, qui decessit ignorans ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur, ex aequitate, l. 1. & totius tituli ff. ex quibus caus. major, ut latius dicam infra ista repetitione.*

53
Declaratio

Quare tamen primo pro declaratione materiae, si primus haeres cui est delata hereditas ex testamento, vel ab intestato decessit hereditate non adita infra tempus deliberandi, & similiter secundus haeres in quem erat facta transmissio, decessit infra illud residuum tempus in quo ipse poterat adire, an tertius haeres, cui non est hereditas hujus ultimi delata, possit nedum hereditatem hujus ultimi adire, sed etiam hereditatem primi defuncti quam primus haeres ad ultimum transmissit virtute juris deliberandi: & videtur quod non, Primo, quia textus in d. l. antiquioribus, non concedit beneficium transmissio, nisi primo heredi, non vero ulteriori, unde in aliis debet extare regula quod hereditas non alita, non transmittitur.

54
Quaest. declaratio

Secundo, pro ista parte facit l. pretia rerum ff. ad leg. Falcid. ubi habetur, quod hereditas non adita, vel jus ad eam non dicitur esse in bonis nostris. Ergo illa hereditas quam primus haeres jure speciali potuit transmittere, non possit amplius per alios transmitti: quia nihil fuit in bonis suis acquisitum, quod transmitti possit, & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Bald. in l. videamus, ff. quod metus caus. l. lectura. Sed his non obstantibus contrarium est tenendum, imo quod iste tertius & ultimus haeres nedum possit hereditatem secundi heredis proximi defuncti adire, sed etiam hereditatem primi defuncti, quae ad eum virtute juris deliberandi fuit transmissa ex potentia fuitatis, vel sanguinis. Pro qua sententia & conclusionem primo facit: quia illud jus deliberandi, & facultas ad eundem, quam primus haeres transmittit ad secundum, jam est effectum quiddam hereditarium; unde eosdem modo, quo ille secundus haeres transmittit ad heredem tertium sequentem hereditatem primi heredis proximi defuncti: ita transmittit ad eum illud jus deliberandi, in quo ejus hereditas continebatur,

Argu. 1.

nebatur, mediante quo poterit etiam adire hereditatem primi defuncti, sicut ipse poterat, argumento textus qui est singularis & unicus in jure, in l. videamus, ff. quod metus caus. ubi habetur, quod si ex dolo, metu vel delicto defuncti, semel aliquid pervenit ad heredem, perpetuo transit, & competit actio contra omnes heredes, & ad hoc illum textum reputat singularem & unicum Bart. Ball. Angel. & communiter Doct. ibi. Secundo facit textus singularis in suo casu, in l. pater filium, §. quandocumque liberis ff. de legat. 3. ubi probatur, quod si res prohibita alienari, semel fiat alienabilis, perpetuo efficitur alienabilis, de quo textu alius dixi plura bona.

Argu. 1.

Tercio facit, quia praedictam hereditatem jure transmissio nedum videtur habere a proximo & immediato defuncto, sed etiam a primo herede transmissio, cum haeres heredis testatoris est haeres, l. fin. C. de hered. insti. & in l. 1. §. 3. ff. de petis. hered. & in expresso istam sententiam & conclusionem tenet Bart. in d. l. qui duos, penult. col. num. 11. ff. de reb. dub. 2. ubi notabiliter Socin. an. repon. col. 7. quaest. in princ. Bald. sibi contrarius, in d. l. cum antiquioribus, C. de jure delib. 2. col. in fine, 4. quaest. princ. & ibi Salic. fin. col. & quaest. Corn. 2. col. in princ. Postremo quero, an & quando remedia contra testamentum transmittantur jus dicenti nullum contra tabulas, quae in officio testamenti, de quo dixi in materia successiois contra testamentum, & quae in officio testamenti.

55
Nota.

Unum tamen est, quod in omnibus casibus, in quibus hereditas non adita transmittitur ad heredes, ex quocumque capite fuitatis, sanguinis, vel deliberandi semper transmittitur, ut ad eundem, non tamen ut adita: itaque haeres in quem fit transmissio, poterit illam adire, vel repudiare, sicut defunctus transmittens poterat, textus est notabilis & expressus in l. si quis filium, §. 1. ff. de acquir. hered. cujus verba sunt: *Si filius priusquam sciret se necessarium extitisse patri heredem, decesserit relicto filio necessario, permittendum est nepoti obtinere se ab avi hereditate: quia & patri idem tribueretur, & ad hoc notat & commentat ibi Gloss. ordinaria, Ball. Angel. Paul. Imol. Aret. Alexand. & Jaf. Confirmatur, quia transmissio nihil aliud est quam successiois prorogatio ejusdem naturae, & qualitatis, ut probant praedicta jura de transmissione loquentia, & tenet Bald. in l. cum proponas, C. de hered. insti. 3. col. idem Bald. in l. unica, C. de iis qui ante apert. tabul. final. col. idem Bald. in l. 2. C. de lib. prater. 2. col. 4. oppos. pro qua sententia & conclusionem confidero textum notabilem & expressum in leg. cum in antiquioribus, vers. & siquidem, C. de jur. delib. ibi. 3. dum extendat; ergo cum haeres transmittens poterat adire vel repudiare, eadem facultas debet transire ad ejus heredes.*

56
Amplia. de carat. materiae

Item pro complemento materiae dico, quod licet regulariter hereditas non adita non transmittatur ad heredes nisi in casibus supra positis (ut dictum est) tamen debet intelligi quando haeres cui hereditas est delata; esset major 25. annis: secus vero si esset minor, & mortuus esset sine additione, quia tunc eo ipso videtur laesus & transmittitur beneficium

restitutionis in integrum ad heredes, cum illud beneficium sit transmissibile, ut in l. non solum ff. de restitu. in integrum, & in l. minor autem §. fin. ff. de minor. & in l. 3. §. Pomp. cod. tit. & in l. 2. & per totum, C. de tempor. in integrum restitu. peten. Nec obstat si dicas, quod minor qui non adivit in vita, non videtur deceptus, nec poterat petere aliquam restitutionem, cum semper potuit adire usque ad ultimum vitae spiritum: Item post mortem non potuit laedi, vel decipi, nec competit sibi aliquid jus ad eundem, ergo non est quod transmittatur ad heredes: quia respondeo, quod ex eo quod non adivit in vita causatur in ipso mortis articulo quaedam laesio perfecta & consummata, ex qua resultat beneficium restitutionis in integrum, quod transmittitur ad heredes & in expresso istam sententiam & conclusionem probat text. singularis & unicus in l. Pantorini, ff. de acq. hered. ubi habetur, quod absens sine causa rei publicae, qui ignorabat hereditatem sibi delatam, decessit ante aditionem, transmittit ad heredes, saltem de aequitate beneficium restitutionis in integrum: ergo idem est dicendum in minore, vel quolibet majore ex justa causa, & per illam text. istam sententiam & conclusionem tenet ibi Bart. 1. q. n. 2. Dyn. Jacob. de Aret. Cyn. & Doct. antiqui. Ang. Imol. Paul. de Castr. 3. col. n. 9. qui reputat illum textum singularem & unicum, tenet etiam Aret. & communiter Doctores ibi, idem Bart. notabiliter in leg. qui duos, ff. de reb. dub. 2. col. & ibi Socin. 7. col. vers. circumscriptum. Idem Bartol. Angel. & communiter Doctores in l. non solum, ff. de restitu. in integ. idem Bart. in l. infans, C. de jure delib. 4. col. & ibi Aug. 3. col. Paul. 3. col. Alexand. 4. col. Jaf. fin. col. qui dicit hanc esse communem opinionem. Corn. 3. col. Jacob. de sancto Georgio 3. col. num. 13. idem Bald. in leg. 1. C. de restitu. mil. & ibi Jacob. Bart. Bald. Angel. Paul. & communiter Doct. Jacob. Bart. in l. cum in antiquioribus, C. de jur. delib. & ibi Bal. 6. quaest. Jaf. 2. col. Bald. in l. una §. in novissimo. C. de caduc. tollend. 2. col. ex quo inferat, quod si haeres major 25. annis ignoravit hereditatem sibi delatam, & decessit ea non adita, transmittit, ad heredes beneficium restitutionis in integrum, ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur; argumento textus in l. 1. vers. fin. ff. ex quibus caus. major. ita aperte videtur tenere Bart. & communiter Doct. in locis supra allegatis, & in terminis hoc tenet Socin. & reputat singularem, in d. l. qui duos, ff. de reb. dub. 13. col. versu secundo inferatur, & confirmatur expressè doct. a Bart. o & communis in l. 1. §. si quis propter inundationem, ff. de iunere aequae pri. va. o.

ANNOTIONES.

[Text. est singularis.] Hanc eundem textum in l. pretia, ff. ad leg. Falc. licet ad hoc idem commemorabilem Jaf. in l. cum filiofamam, v. 11. ff. de leg. lib. 1. & in l. emancipata, num. 15. C. qui admitt. & in l. 5. uxores, num. 17. ff. de acquir. vel. & in l. si arrogator, num. 13. ff. de adopt. & in l. Gallus, §. & si arrogator, num. 123. ff. de lib. & posth. & in leg. 1. col. 1. Cod. de fideicommiss. Guillel. in c. Rayntrius, vers. Si absque, liberis col. 2. num. 65. de test. Rebuff. num. 10. cum leg. Carol. Molin. num. 140. cum leg. in l. una, Cod. de sent. qua pro eo verum tamen in generaliter & simpliciter.

ver & simpliciter verum non est, ut recte noster Gomezii infra considerat, quippe quia si juris principia diligentiis p'cedunt, probabili ita spes est, ut in bonis censeri debeat, l. si posthumus, v. vers. peritiam, ff. de lib. & posth. conjuncta l. verum peritiam, ff. de verb. signific. nec textus his resistit, qui de l. Falc. loquitur jus quæsitum inveni, ut constat ex tota ejus serie, & §. ult. l. proxima, ibi, secundum veritatem.

Et ad hoc illam Glossam. Commendat etiam hanc Glossam ac multos ornati And. Tiraq. de retract. l. 5. §. 26. glof. 1. num. 71.

Et ad hoc ibi notat. Hunc etiam textum l. nec adjecti, commendat Palat. Ruin. in c. per vestras, §. 9. num. 19. de donat. inter vir. & uxor. & Arius Pincelus vir insignis ingenii, ac summa doctrinæ, in l. 1. part. 3. num. 59. vers. probatur secundo, C. de bon. matern.

Sed eligendo aliquam eorum. Electio nostri Gomezii haud probari debet ob ea ipsa argumenta, quæ idemmet aerea re contra opposuit: & quia præterea idem jus hoc ad eum quoad præscriptiorem considerat, l. licet, cum glof. C. de jur. delib. late Tiraq. in l. si aliquam, vers. revertatur, num. 311. C. de revoc. donat. & denique verissimum est, quod licet hæreditas adita non sit in bonis, tamen jus ad illam ad eundem est acquisitum, quod saltem transmitti debet. Quamobrem mihi placet ratio ultima, quam ex eo confirmatis, quia aliquo in hæreditas transmittitur, alius testatori esset heres quam illum quem ipse elegit. Confer textus singularis in l. si mulier, 4. §. ex asser. ff. de jnr. dot. ibi, ad alium, quam cui debet, & eodem spectare arbitror quæ scribit Alciat. lib. 4. Paradox. c. 5. & quæ novissime Riminald. in l. emancipata, C. qui admittit.

Filius tamen suus & in potestate. Hæc eadem scriptis superius noster Gomezius cap. 3. num. 20. quæ diligentissime & lucubratiissime consultat vir doctissimus ac præceptor mihi merito semper summis efferendus laudibus Arius Pincelus in rubr. 2. part. pag. 24. col. 2. n. 18. vers. sed omisso, C. de bon. matern. nec enim verum ullo modo est, suos hæredes titulum pro hærede uti capere non posse, nec l. 2. §. filium quoque ff. pro hered. quicquam adveniat: quin imò contra vulgus interpretum luculentum stat si rectè consideretur: siquidem aperte significat suum hæredem posse uti capere titulo pro hærede res in patris hæreditate repetas, nisi idem filius eadem res vivo patre naturaliter possideret: quo casu possessionis caulam mutare non potest, §. præcedentem illius l. cui adveniat, §. illo filium quoque. Nec item relucet l. nihil, C. de eodem titul. quæ huic errori occasionem præstitisse videtur: quoniam solum, inquit, existentibus suis hæredibus neminem alium titulum pro hærede posse uti capere: ut acutè ac rectè interpretatur Vigl. Connan. & Foreat. post Cuman. & Fulgos. quos laudat, ubi supra, vir insignis & summa quoque laude dignissimus Arius Pincelus: cujus scriptis addas Cuman. idem antea molitum in l. cum solus ff. de usufr. meminisse, Anton. Rub. in rep. l. pater filium, num. 100. ff. de inoff. test. affirmasse Æmil. Ferrer. in l. 3. n. 37. ff. de usufr.

Et in expresso istam sententiam. Adde Det. n. 8. Curt. n. 25. in l. una. C. quando non petent. part. Felin. in cap. de quarta, n. 22. de prescrip.

Sed in veritate illa Gloss. Glossam in l. una C. quando non petent. part. intelligebant, ibidem Bart. Bald. & Angel. ut significaret suos hæredes perpetuo, hoc est, sine ulla temporis præscriptione posse parentum hæreditati immiscere, & idem ex illa collegerunt Bald. in c. 1. num. 2. an agnat. vel filius in nuptus feudor. Angel. de Perul. in l. in suis, num. 15. ff. de lib. & posthum. Sed verius est, quod noster Gomez. in presenti ait, ex allegatione. Accursum satis quoque ostendere se arbitrari post tignita, anorum patrum præter lapsum suos hæredes exclusam it. quod & ante nostrum Gomezium ad post Alex. rectè tradidit in rep. ejusdem l. una, Sebast. Sap. num. 9. quamvis autem opinio procul dubio communis habeat suos hæredes tignita anorum curculis jure immiscendi labi, ut constat ex his quos infra noster Gomezius diligenter citat, atque ex Alex. & Corn. in l. licet, C. de jur. delib. Aret. in l. quantum tit. 11. colum. 2. ff. de acquir. hæred. Tiraq. late in l. nunquam, verb. revertatur, n. 311. C. de revoc. donat. & huic eadem opinioni favet Græcorum auctoritas memoria prodita ab Harmen. lib. 5. tit. 8. §. 27. in nuptiis nuptiarum: & idè in iudicando, & consulendo exploranda reluctantium sententia videatur, tamen inter disputandum non difficulter defendi potest, ullo temporum interstitio suos hæredes immiscendi jure everti: quemadmodum censuit Angel. de Perul. ubi supra, & Alex. ac Jac. à nostro Gomezio adducti: secundum quos aliqua inultum faventia eidem rectè argumenta scripsit Dec. in ead. l. unam, num. 8. intelliges tamen & memorie commendabis, quod licet filius suus hæres per tignita dumtaxat annos ab hæreditate excludatur, si quis

tamen aliquam hæreditatem possidet, ac titulo & bonâ fide muniatur, ipsam ordinario tempore uti capietur commemorabiliter scripserunt Gozad. cons. 56. num. 4. Bald. de prescrip. 4. part. qua. 19. & qui complures laudat, ampliflorus & doctissimus Pincelus in rubr. 2. part. n. 4. vers. hac autem restritio, C. de bon. mat.

Secundo intelligi. Secunda hæc restritio quamvis hæreditates nonnullas habeat, vera tamen & frequenter recepta est, ut colligitur ex his quos Gomezius noster laudat, & ex Aretin. in l. ventre pratorio, colum. 1. ff. de acquir. hæred. Jaf. num. 44. Ludovic. Gozad. n. 172. Fabian. num. 127. illam veteritem, & magis communem attestantibus, in l. qui se parit, C. unde liberi.

Sed ille verus est abusus & varius. J Reverta hic textus in l. si filius hæres, ff. de lib. & posth. variis modis accipitur, cujus interpretationem post antiquiores diligenter pervertigarunt Ant. Gom. lib. 1. Variarum, cap. 1. Jacob. Cujac. lib. 3. obser. c. 21. placet tamen mirum in modum ea in specie spem posthumum, qui utero gerebatur, impedimento fuisse, ne ex testamento quod rumpi poterat, filio instituto hæreditas deferretur, juxta l. filii pratorio, ff. de acquir. hæred. quemadmodum post Chiff. Castr. subtiliter alicubi interpretatus est vir inclit ingenui Romanuël à Colta.

Secundo & principaliter limita. Videto hæc eadem de l. re, quæ supra traduntur, cap. 3. num. 17. vers. secunda 40 principalis opinio, & num. 21. vers. tertia principalis opinio.

Et in terminis ita tenet. Adde Alexand. cons. 89. n. 4. in lib. 2. & hæc est veter ac receptor opinio, quidquid contra declarat Roman. in l. ventre pratorio, num. 23. ff. de acquir. hæred.

Nam tunc transmittit eam. [U]sq; adeo ex hoc capite ad quocumque hæredes transmittitur hæreditas, ut etiam in filium transiit, si intra id tempus verus pater hæres evaserit, quemadmodum post Alexand. in leg. si quis mihi bona, §. si quis plano num. pen. & ult. ff. de acquir. hæred. assumat receptus Doctor meus Emanuel à Colta in rep. l. Gallus, & quid sit tantum, 2. part. n. 178. cum seq. ff. de lib. & posthum.

Ex doctrina Bart. & communis. Idem receptum communiter affirmat novissimus Valquius de transmiss. lib. 10. §. 8. num. 15. quod etiam supra noster idem Gomezius tradidit num. 53. vers. adde tamen, & asseruit item receptum Emanuel à Colta in rep. l. Gallus, §. quid sit tantum, n. ult. ff. de lib. & posthum.

ADDITIONES. SUMMARIUM.

- 1 Doctores hæc materiam explicantes referantur.
2 Definitio transmissionis.
3 Transmissio an sit favorabilis, vel odiosa.
4 Hæreditas non adita non transmittitur & quare.
5 Ampliationes, & limitationes dictæ regnla.
6 Transmittantur in heredes qua consistunt in animo.
7 Eligendi jus, & facultas an transeat ad hæredes.
8 Qua sunt facti an transmittantur ad hæredes, & alia.
9 De transmissione ex capite suistatis.
10 Sinitas tantum datur in prima persona, vel gradu descendendum quoad transmissionem.
11 Quid in filio conjugato, & nepote ex eo, de jure Regio.
12 Patria potestas requiritur ad suistatem.
13 Ingressus monasterij licet liberet à patria potestate, non tollit jura suistatis.
14 Quid si monasterium sit incapax successione.
15 An Expulsus à religione reincedat in potestatem patris.
16 Liberatus à patria potestate per dignitatem retinet jura suistatis.
17 De patria potestate, & ejus effectibus, remissive.

Adoptivus an habeat jura suistatis. Adoptivus in qua parte succedat. Explicatio text. in l. qui in aliena §. interdum, ff. de acquir. hæred. remissive.

Posthumus an habeat jura suistatis. Filius quare dicatur hæres necessarius. De beneficio abstinendi.

Definitio suistatis, & quare sic appelletur. Hæreditas jacens non datur quando quis decedit cum hærede suo.

An datur curator hereditatis jacenti ante immixtionem.

Gabella non solvitur ex hæreditate delata filio suo, licet ad sit statutam de ea solvenda ex qualibet hæreditate.

Ratio nullitatis testamenti in quo filius præteritur.

An suus præscribat titulo pro hærede. De transmissione ex potentia suistatis. L. apud hostes, Cod. de suis, & legitimis explicatur.

An hodie post jus pratorium habeat locum suistatis, & an hoc beneficium aicatur inductam jure civili.

Leges fori non habent locum, nisi probatæ consuetudine.

Abstinendi beneficium an anno suistatur. An post concessum beneficium abstinendi habeat locum transmissio ex potentia suistatis.

Infans an transmittat jure suistatis. Quid in furioso. Condicio si voluerit: non tollit suistatem.

Filius est hæres antequam hoc declaret etiam post beneficium pratoris.

Emanuipatus an hodie transmittat ex potentia suistatis.

Quis de filio conjugato. Creditores quando possunt convenire filium post obitum patris.

Suistatis post beneficium abstinendi remanet in favorabilibus.

Jus ad eundem an præscribat contra extraneum aliquo tempore. Declaratio prædicte resolutionis.

Jus offerendi debitum creditori pro luendo pignore, an præscribat.

De prescriptione in actibus mere facultatis.

An juri immiscendi præscribat contra filium.

An exclusus à jure succedendi ex testamento, excludatur à jure succedendi ab intestato.

Renunciatio simplex, & expressa, comprehendit successione ex testamento, & ab intestato, ex quo aliqua inferuntur.

An filius suus possit habere regressum ad hæreditatem quam repudiavit: ubi explicatur, & exornatur lex final. Cod. de repud. hæreditat.

Quibus modis tollatur suistatis, & an per conditionem, Si voluerit.

Filius extra patriam potestatem existens, institutus sub conditione, Si voluerit, an transmittat ex potentia suistatis, & extraneus ex capite juris deliberandi.

An per donationem substitui vulgaris tollatur suistatis, vel per donationem cohæredis.

De resolutionibus Gomezij, usque ad numerum 40.

Transmissio ex potentia suistatis fit in fiscum.

Filius subripiens res hæreditarias, censetur se immiscere.

Quando fiat transmissio ex potentia sanguinis.

Hæc transmissio locum etiam habet in hæreditate ab intestato.

Transmissio ex potentia sanguinis habet locum in filio extra patriam potestatem.

Et etiam in filio naturali. Quid in adoptivo.

Quid si transmissarius non sit natus, vel conceptus in vita illius de cujus hæreditate agitur.

Transmissio ex potentia sanguinis an habeat locum in hæreditate delata de jure pratorio.

An de jure Regio possessiones bonorum sint sublata.

Transmissio ex capite juris deliberandi habet locum in hæreditate delata de jure pratorio.

Transmissio ex potentia suistatis an habeat locum in hæreditate de jure pratorio delata.

Transmissio ex potentia sanguinis tantummodo habet locum in descendibus.

Transmissio ex potentia sanguinis an habeat locum in hæreditate delata sub conditione.

Quid in legatis seu fideicommissis.

Transmissio ex potentia sanguinis an sit potentior substitutione vulgari.

Quid in aliis transmissionibus.

De transmissione ex capite juris deliberandi. De termino anni ad hanc transmissionem.

Transmissarius ex capite juris deliberandi quod tempus habeat.

An aliquando elapso anno locum hæc transmissio habeat.

Hæc transmissio non habet locum hæredes ignorante delatam sibi hæreditatem.

Limitatur in lucro delato à lege.

Transmissio hæc an habeat locum, secundo hærede mortuo intra tempus concessum ad deliberandum.

Hæreditas an transmittatur, ut adita, an ut adenda.

Mortuo minore ante aditionem hæreditatis, an transmittat beneficium restitutionis.

De eadem restitutione in majori ex justa causa, & interpretatione l. Patronus, ff. de acquir. hæredit.

Quid in hæreditate infanti delata, & de interpretatione l. si infanti, C. de jure deliberandi.

De transmissione in contractibus.

De transmissione in legatis, & fideicommissis.

Transmissionis jus an sit potentius jure accrescendi.

Hæres institutus à Monacho, qui eo vivo, mortuus est, transmittit hæreditatem ad suos hæredes.

Virgo desolata an transmittat ad hæredes jus petendi dotem à stupratore.

Transmissarius potest repudiare hæreditatem.

DE transmissione hæreditatis præter antiquiores in locis ordinariis, agunt Petrus Gregorius in Syntagm. lib. 42. cap. 13. ubi de transmissariis hæredibus, & l. 46. cap. 2. late Menochius lib. 4. presump. 201. ubi de transmissione legati, & hæreditatis; de quo etiam latissime Fusarius de fideicommissis, quæstione 487. & seq. ubi de transmissione in fideicommissis;

missis, Merlin. de legitima, lib. 5. tit. 3. quest. 9. per totam, Castillo in l. 13. Tauri, Valasco consular. 122. Cardinalis Tufchus litera H. conclus. 18. & 24. & litera T. conclusio 368. & multis sequentibus. Mantica de conjectur. altimar. lib. 11. tit. 20. & 23. ubi de legatis & fideicommissis, Grassi receptor. sententiarum lib. 2. ubi de transmissione, quest. 17. cum sequentibus. Donellus lib. 7. commentar. cap. 4. non minus, & ibi Oualdus litera C. & sequentibus, Antonius Faber. lib. 14. conjectur. cap. 1. Antonius Gabriel. tit. de hereditibus instituentibus, conclusio. 2. Spino in speculo, glossa 33. principali, ex num. 77. latissime Molina de iustitia, tom. 1. disputat. 180. Pichardus in §. sui autem, Institut. de heredum qualitate, & differentia, & in relectione tit. ff. de acquirenda hereditate, cap. 31. & in relectione de vulgari, cap. 11. Guttierrez in leg. unica, Cod. quando non petentium partes, num. 3. & §. sui numer. 62. & quasi per totum, Cevallos quest. 205. & 206. & 627. & 761. & 905. ex num. 79. & plures referens D. Joseph. Vela dissertatione 11. & seq. qui alios ferè infinitos referant, Cancericus variarum resolutionum, 3. parte, cap. 21. Salgado in labyrintho, parte. 2. cap. 25. ex num. 66.

2. Transmissio, est quadam prorogatio successiois ejusdem forme, & natura; ita definit Baldus in l. 3. C. de hered. instit. & cum eo Cardinalis Tufchus litera T. conclus. 368. aliam tradit Cancericus variar. 3. parte, cap. 21. num. 1.

3. Transmissio esse odiosam aliqui dixerunt, alij verò favorabilem, ut constat ex Menochio dict. presump. 101. num. 16. ipse verò distinguit, an constet ex aliquibus conjecturis locum esse transmissioni, & tunc sit favorabilis; an ex nullis conjecturis colligi possit testatorem voluisse locum esse transmissioni, & tunc sit odiosa: eum vide, & Cancericum 3. parte, cap. 21. num. 87. & 88. ubi an inducatur ex conjecturis? Merlin. de legitima, lib. 3. tit. 1. quest. 6. num. 33.

Ad numerum 1. ibi: In quo subvili articulo, &c.

4. Conclusionem certam constituunt communiter Doctores in hac materia, hereditatem non aditam non transmitti, & ejus conclusionis rationes expendit noster Gomezius in presenti, usque ad numerum 6. ubi primam approbat & eligit; & alias adducunt Menochius, lib. 4. dicta presumptione 205. numer. 26. Gratianus regula 217. num. 1. Cevallos, quest. 915. numer. 88. Cancericus variar. 3. parte, cap. 21. num. 2. Melinus de legitima, lib. 5. tit. 3. quest. 9. ex num. 1. ubi quod legitima etiam non agnita, transmittitur in creditores, & etiam in fideum, & latè disputat, an ratione fuitatis, an ex elgis privilegio, Antonius Faber, lib. 14. conjectur. cap. 1. Matienzo in l. 1. tit. 4. lib. 5. gloss. 16. n. 14. Spino in speculo, gloss. 33. ex num. 79. & alij plures relati à Pichardo in repetitione tit. ff. de acquirenda hereditate, c. 31. Guttierrez in l. unica, C. quando non petentium partes, num. 3. sed ut vides, ultima assignata numero 6. infra, probabilior videtur Emanueli Suarez hic, litera D. nec ab ea dissentiant Spino supra num. 81. Donellus, & ejus enucleator Oualdus, lib. 7. cap. 4. litera C. Mantica de conject. ultim. lib. 11. tit. 20. numero 2. & denique de hoc latissime differit D. Joseph. Vela dict. dissertat. 11. ex num. 4. ubi n. 12

cum aliis probabilibus possit veram rationem esse, quod fieri nullo modo possit hereditatem nondum aditam transmitti, nec ut acquisitam primo heredi, quia hereditas regulariter acquiritur nisi volenti, & animum suum quomodolibet declarat; nec ut acquirenda, quia hoc jus pendet ex delatione ipsius hereditatis, hereditatem verò lex illis tantum defert, qui vel à defuncto vocati sunt, vel ab intestato admissi à Jure; eum vide, & Parladorum differentia 146. n. 5. ubi de parte hereditatis legata.

Dictam regulam, & conclusionem nempe hereditatem non aditam non transmitti, ampliat, & limitat latè Cardinalis Tufchus, litera T. conclus. 369. ex numero 26. Spino in speculo, gloss. 33. ex numero 77. usque ad finem, Pichardus in relectione tituli, ff. de acquirenda hereditate, cap. 31. & in relectione tit. ff. de vulgari, cap. 11. D. Joseph. Vela dicta dissertatione 11. & seq. Cancericus 3. parte, cap. 21. numer. 4. & omnes relati supra, num. 1. & idem Pichardus in rub. Institut. de adoptionibus, ex num. 36.

Ad numerum 2. ibi: Sed ea qua consistunt in animo, &c.

An transeat ad heredes ea qua consistunt in animo, & ejus declaratione? vide latè tractantes materiam, Antonium Gabrielem lib. 6. tit. de regulis juris, conclus. 3. ex numero 71. Menochium de arbitrariis, quest. 68. ex numero 31. Tufchus litera M. conclus. 296. ex num. 8. Burgos de Paz in l. 1. Tauri, ex num. 428. Caldas in leg. si curatorem, §. sua facilitate, num. 69. Farinacium in fragmentis, verb. Juramentum, ex num. 104. Aviles in cap. Prætorum, in præmio, verb. Ordinationes, num. 19. & seqq. Tufchum. litera T. conclus. 372. numer. 13. Spino in speculo, gloss. 33. num. 80. Petrum Magdalen. de numer. testium in testamentis requisito, 1. parte, cap. 30. ex num. 15. Gratianum, regul. 217. num. 1. Matienzo, l. 1. tit. 4. lib. 5. gloss. 16. num. 15. Cancericum, variar. 3. parte, cap. 21. num. 254. ubi num. 256. quod declaratio caducitatis non transit ad heredes, Azevedum l. 5. tit. 4. lib. 5. num. 16.

Ibi: Confirmatur etiam, &c.

Facultas eligendi aliquam rem transit ad heredes, ut docet Gomezius hic, idem probat in l. 26. c. 9. parte. 6. & generaliter facultas eligendi, an, & quando transeat ad heredes; videatur Burgos de Paz dict. §. 1. Tauri, numero 430. Spino dict. gloss. 33. numer. 80. Ouald. ad Donell. lib. 15. cap. 2. in notatis litera D. Gratianus regul. 24. Molina de majorat. l. 2. cap. 11. ex num. 44. Cancr. 2. parte, cap. 7. numer. 66. Tufchus litera H. conclus. 69. Castillo lib. 5. cap. 87. num. 25. & Larrea, decis. Granat. 31. latè.

Ad numerum 3. 4. 5. & 6.

De ratione posita à nostro Gomezio hoc numero 3. & tribus seqq. disputant latè Doctores relati supra, num. 4. apud quos videtur poteris, & Cancericum, 3. parte, c. 21. num. 96. ubi an jus conditionis implenda transmittatur.

Ad num. 7. ibi: Transmissio ex potentia fuitatis, & ibi, ut fundamentaliter procedam, dico, &c.

Transmissio ex potentia fuitatis locum habere quando quis moritur ex testamento, vel ab intestato, relicto filio in potestate, vel suo, ut aiunt, probant, & exornat latissime Guttierrez, in §. sui, Institut. de heredum qualitate

rate, & differentia, quasi per totum, maxime lex num. 65. multa utilia inferens, & Crassus, in tit. de successioibus, §. fuitas, Villalobos communium, verbo, hereditas paterna, Costa in cap. si pater, verb. Subsequenter, & filia num. 8. ubi quod filius institutus in re certa non transmittit ex potentia fuitatis, sed tanquam legatarius, Antonius Faber, lib. 14. conjectur. cap. 1. Duaren. tit. de acquir. heredit. c. 5. & tit. de vulgari, cap. 10. Caldas, in l. si curatorem, §. sine curatore, ex num. 12. maxime num. 37. Spino in speculo, gloss. 33. num. 87. Matienzo in l. 1. tit. 4. lib. 5. recop. gloss. 16. cum. 20. Tufchus lit. S. conclus. 383. ex num. 14. & lit. T. cond. 37. 1. ex n. 6. ubi n. 8. ampliat in filiis Judæorum, Molina de iustitia, tom. 1. disp. 180. ex num. 2. Socynus regula 212. ubi tres limitationes adducit, & regula 217. ubi etiam limitat, Donat. Fina lib. 2. in verbo, Transmissio, habetur tom. 2. Regularum, Mantica de conjecturis ultim. volum. lib. 5. tit. 5. num. 14. Pichard. in dicto, §. sui instituta de heredum qualitate, num. 21. & in relectione ad tit. de acquirenda hereditate, cap. 31. ex numero 3. & omnium optime D. Joseph. Vela dicta dissertatione 11. ex num. 27. qui optime probat etiam ignorantem vel infantem transmittere hereditatem non aditam ex potentia fuitatis ad quoscumque heredes etiam extraneos, eum vide infra, & Cancericum variar. 3. parte, cap. 11. ex num. 4.

Ad numerum 8. ibi: Item etiam inferitur, &c.

Suitatem, & ejus effectus ad transmissionem tantummodo considerari in prima persona, & gradu descendenti, ut hic resolvitur, notum est in jure; ut constat ex juris allegatis, & explicat latè Crassus de successioibus, §. fuitas, quest. 1. & 5. Spino in speculo, glossa 33. principali, num. 94. Petrus Gregorius in syncom. l. 46. cap. 2. numer. 19. Pichardus, in dict. §. sui, Institut. de heredum qualitate, ex num. 2. ubi multa in contrarium adducit, & solvit, & in §. sua demum, de hereditatibus, qua ab intestato, num. 1. & quasi per totum, ubi explicat text. in l. si filius heres, ff. de liberis & posthumis, Guttierrez, in dict. §. sui, ex num. 47. ubi num. 48. & seqq. explicat eundem textum in l. si filius, Oualdus ad Donell. lib. 7. cap. 2. lit. D. D. Joseph. Vela dicta dissertatione 11. ex numero 27. ubi etiam adducit text. in l. 21. tit. 2. parte. 6. & refert Carrancam in tract. de partu legitimo. cap. 2. §. 1. numer. 135. quos vide.

Advertere autem debemus; quod cum hodie in hoc Regno filius per contractum matrimonij tum benedictionibus nuptialibus liberetur à patria potestate, ex l. 47. Tauri, quæ hodie est l. 8. tit. 1. lib. 5. Recopilat. non poterit transmittere ex potentia fuitatis, nec nepos ex eo etiam mortuâ uxore, quia adhuc non reincident in patriam potestatem, ut advertunt, ibi Tauri & omnes Regnicolæ, & maxime D. Josephi Vela dicta dissertatione 11. ex num. 63. ubi numero 64. dictam legem in odiosis & favorabilibus precedere indistinctè docet: vide Cancericum var. 3. parte, cap. 21. num. 23.

Ad num. 9. ibi, requiritur quod sit in potestate patris, &c.

Patriam potestatem requiri in filio ad hoc quod sit suus heres, ut docet Gomezius explicat & exornat latè Pinellus in rubrica, Cod. de bonis maternis, 2. parte, n. 36. ubi contrariis objectionibus satisfacit, Caldas, in l. si curatorem, Ant. Gomezii Variæ Resol. Tom. I.

verbo, Sine curatore, numer. 24. Oualdus ad Donellum lib. 7. cap. 2. in notat. lit. D. Guttierrez in dicto §. sui, num. 4. ubi num. 21. declarat, Pichard. etiam in eodem §. sui, num. 2. & in §. sua demum, Institut. de hereditatibus qua ab intestato, num. 44. & 49. Molina de iustitia, tom. 1. disp. 180. num. 3. Tufch. lit. S. conclus. 382.

Ad num. 10. ibi, nec huic Regula, & Doctri-¹⁰na obstat text. in l. deo nobis, &c.

Et ad numerum 13. ibi: Quia notabiliter omnibus objectionibus, &c.

Obicit noster Gomezius contra resolutionem num. procedenti traditam, quod Monachus liberatur à patria potestate, ut probant Covarruv in cap. quia nos, de testamentis, num. 5. Cost. in cap. si pater, 2. parte, verb. testatore mortuo numer. 11. noster Gomezius in l. 48. Tauri, num. 7. Molina de iustitia, dissertatione 140. versiculo, utrum autem; & tamen retinet jure fuitatis ac denique huic difficultati infra, numero 13. tres solutiones tribuit, ex quibus, illa est magis recepta, nempe quod intelligitur in iis solis in quibus utile esset ipsi filio liberari à patria potestate, secus in iis in quibus esset ei damnum, ne quod in ejus favorem introductum est, contra eum retorqueretur; ita docent Covarruvias in dicto cap. quia nos, num. 5. Guttierrez in dicto §. sui, num. 37. Suarez in l. 9. tit. de los pleytos, num. 26. lib. 1. fori, Gomez. Atlas in l. 45. Tauri, num. 53. Caldas in l. si curatorem, §. sine curatore, num. 25. Pichardus in §. ceteri, Institut. de heredum qualitate & differentia, numer. 7. Thomas Sanchez in summa, lib. 5. cap. 5. num. 29. & 30. & in lib. 7. cap. 12. n. 5. ubi num. 6. limitat, præterquam in Monasterio incapax succedendi, quia tunc professus in eo reputatur tanquam mortuus quoad omnia successiois jura, & non retinet jus fuitatis. Et tandem aliqua inferit ipse Thomas Sanchez ex supradicta doctrina; & intergrum erit patri meliorare hunc filium professum in tertia bonorum parte, juxta l. 17. Tauri, hodie l. 1. tit. 6. lib. 5. Recopil. quod ipse explicat; num. 11. eum vide.

Extendit idem Thomas Sanchez dictam resolutionem, in dict. cap. 5. num. 31. ad vota simplicia emissa in Societate Jesu post biennium; ut per ea liberetur religiosus à patria potestate addens expulsum à Societate post illa simplicia vota, reincidente in patris potestate, secus autem expulsum post professionem; quod nota ad regulam traditam per Doctores supra citatos, nempe quod semel liberatus à patria potestate, non reincident in eam, de qua etiam Matienzo in leg. 8. tit. 1. lib. 5. gloss. 5. num. fin. multos referens.

Ad num. 11. ibi, Non obstat text. in authentica, &c.

Quod Episcopalis dignitas liberet filium à patris potestate (ut hic supponitur) illæque maxime jure fuitatis modo explicato certum est apud Scribentes, ut probant Covarruv. in dict. cap. quia nos, de testamentis, num. 5. Pinellus l. 1. Cod. de bonis maternis, 1. parte, num. 42. Molina de iustit. tract. 2. disp. 219. vers. 6. Guttierrez in d. §. sui, num. 10. & 11. Matienzo in leg. 8. tit. 1. lib. 5. Recopilat. gloss. 2. num. 4. Alcanius in tractatu de patria potestate, cap. final. num. 49. Pichard. in §. ceteri, Institut. de heredum qualitate, num. 3. & 7. Joannes Gratianus, regula 198. latissime.

Et si scire velis quibus modis patria potestas id solvitur,

solvitur, & de ejus effectibus, vide *Caldas in l. si curatorem habens, verb. Lasis, num. 121. & verb. Sine curatore, num. 38. 39. & 40. Pinellum in rubrica Cod. de bonis maternis, 2. parte, Consonum, commentariorum juris lib. 2. cap. 13. Petram Gregorium in synagm. lib. 1. cap. 5. & 6. & cap. 8. per totum, Cujacium in recitation. solemn. ad tit. Cod. de patria potestate, rubrica, & in l. ultimar. Alcan. in tract. de patria potestate, cap. 6. effectu 1. & sequent. Corrañum in l. qui liberis, ff. de ritu nuptiarum, ex num. 7. Pichard. Institut. de patria potestate, per totum, & in titul. quibus modis jus patria potestatis solvitur. Sanchez de matrimonio, lib. 7. Tufchum litora P. conclus. 130. & segg. & lit. F. conclus. 360. ubi an & quando quis praelumatur esse in patris potestate, Molina de justitia, tom. 1. disput. 227. & duabus sequentibus latissime.*

13 Ad numerum 12. ibi: Item etiam non obstat text. &c.

Adoptivum jura suorum heredum consequi (ut noster Gomezius resolvit) docent & probant plures, quos refert, & sequitur Tiraquellus in l. si unquam, Cod. de revocan. donat. verbo, Susceperit liberis, num. 21. Padilla in leg. eam quam, Cod. de fideicommissis, n. 6. & 7. Guttierrez, in §. sui, num. 31. & sequent. Pichardus in principio, Institut. de acquisitione per arrogationem, num. 25. Molina de justitia, tomo 1. disp. 179. num. 4. Ad objectionem autem quomodo hoc locum habere possit abfque patria potestate, Corneus Alciatus, Gozadinus, & Tiraquel, quos refert, & sequitur *Caldas, in l. si curatorem, §. sine curatore, num. 24. versiculo, secundo non obstat: & Osualdus ad Donellum lib. 7. cap. 2. in notat. lit. E. Guttierrez in dicto §. sui, num. 150. & seg. Molina & reliqui supra citati respondent, adoptivum jura suorum habere, & sic esse intelligendum Text. hic allegatum per Gomezium in l. cum adoptivus, §. sed ne: non autem suam esse.*

Ut autem scias in qua parte hodie succedat filius adoptivus, vel arrogatus; video eundem Guttierrez in dicto §. sui, ex num. 150. Spino in speculo, glossa 1. principalis, ex num. 13. Molinam de justitia, tomo 1. disput. 227. ex num. 18. Pichardum supra, & in §. item non aliter: num. 3. & 4. Institut. de adoptionibus, & in tit. de hereditatibus qua ab intestato deferuntur, §. 4. & §. eadem, & §. sed ea omnia, ibidem Morquecho de divisione bonorum, lib. 4. cap. 6. num. 71. Azevedum in l. 1. tit. 8. lib. 5. recop. num. 64.

Ibi: Confirmatur per textum singularem, &c.

De explicatione text. in leg. qui in aliena, §. interdum, ff. de acquirenda hereditate, hic relati, vide Guttierrez in dicto §. sui, num. 124. & sequent. Sarmiento lib. 4. selectarum, in §. testamentum, num. 3. Osualdum ad Donell. lib. 7. cap. 2. in notat. lit. C. *Caldas in leg. si curatorem §. sine curatore, num. 26. Costam in §. quid si tantum, 3. part. num. 112. Pichardum in §. ita demum, Institut. de hereditatibus que ab intestato, num. 39. & melius in relectione ad titulum, ff. de acquirenda hereditate, cap. 17. per totum, maxime num. 7. 25. & sequentibus, & in relectione titul. ff. de legatis, cap. 9. n. 6. & 37. apud quem dictus textus optime explicatur, & ratio specialitatis adducitur, quare in*

ejus specie nepos non habens primum locum vel gradum, jura suorum obtineat.

Ibi: Nec obstat, &c. Juncto versicul. Vel aliter & secundo, &c. adde Gratianum, disceptat. forens. cap. 32. num. 58. & sequent.

Ad num. 13. vide que diximus supra, in addit. ad num. 10.

Ad num. 14. ibi. Item etiam non obstat quod 14 filius posthumus, &c.

Veram, & receptam ait Pinellus in rubrica, Cod. de bonis matern. 2. part. num. 37. esse eam sententiam, que habet, posthumum; non dici suam heredem, antequam nascatur: & eam insinuat *Caldas in l. si curatorem, §. sine curatore, num. 24. versic. Sed hac soluta simpliciter accepta; & 76. & 77. & Molina de justitia, tom. 1. disput. 179. num. 1. & eruditè eam docet Tiraquel, in l. si unquam, Cod. de revocand. donat. verb. Susceperit liberis, ex n. 146. Pichardus in principio, Institut. de pupillari substit. num. 10. & in §. posthumus 2. Institut. de exhæredatione liberorum, numero 9. Osualdus ad Donell. lib. 7. cap. 2. in notat. lit. E. Guttierrez in §. sui, n. 18. Is autem in lucem editus jura suorum consequitur ad que sufficit patria potestas, in actu vel potentia, ut noster docet, & probat similiter Pichardus, in dict. §. posthumus, n. 10. & latius Guttierrez, in dict. §. sui, num. 19. & idem Pichardus in repetitione leg. Gallus, ff. de liberis & posthumis, in præjudicis, cap. 1. ex num. 28. ubi & in cap. 4. & Cartanza in tract. de partu legitimo, cap. 2. §. 1. illatione 13; sed. 1. num. 135. & quasi per totum caput, hanc materiam latissime disputant.*

Ad num. 15. ibi: Ex qua naturali & præcisa conjunctione, &c.

Et ibi: Hodie autem de jure prætorio, 15 &c.

Ex magna conjunctione naturali intercedente inter patrem & filiam, factum esse, ut filius sit necessarius heres patris, notant omnes in §. sui, Institut. de heredum qualitate, & differentia, & in l. necessariis, ff. de acquirenda hereditate, Petrus Gregorius, lib. 46. synagm. cap. 1. num. 5. & lib. 42. cap. 35. num. 23. Gregorius in l. 21. titul. 3. part. 6. Welsembecius in paratitulis, tit. 5. lib. 28. digestorum, num. 3. Parladorius libro 3. quotidian. differentia 96. Pichardus, in dict. §. sui, num. 20. & in §. sui autem, Institut. de hereditatibus que ab intestato deferuntur, num. 1. & 2. donec Prætoris beneficio abstinendi concessa fuit facultas, de quo latè sermone facient Scribentes in locis ordinariis congesti per Gomezium hic, dicto versiculo, hodie autem, Guttierrez in dicto §. sui, ex num. 100. Petrus Gregorius, Welsembecius, Parladorius, & Pichardus supra relati, Osualdus ad Donell. lib. 7. cap. 1. Spino in speculo, gloss. 33. num. 62. & segg. ubi agit de illa questione, an filius institutus in hereditate patris possit legitimam acceptare, & reliquum repudiare? de qua infra in cap. de jure accensendis agemus, num. 20. Et an adimplendo conditionem appositam per defunctum, amittat beneficium abstinendi, agit ibidem ipse Spino, cujus & aliorum opinionem sequitur Cevallos, quest. 713. ubi contra alios affirmativè resolvit. Et de filio suo & necessariis hæredes, & facultate vel libertate abstinendi, Molin. de justitia, disputatio 180. ex num. 6. ubi num. 8. observat facultatem abstinendi de jure prætorio concessam non reddere institutionem seu successionem conditionalem, de quo etiam

infra:

infra: num. 34. D. Joseph Vela, dicta dissert. 11. num. 37. & alij.

Ad num. 16. ibi: Suis est, &c.

16 Definitionem fuitatis hic positam per nostrum Gomezium sequitur Guttierrez, latè explicans, in §. sui, ex num. 3. Gratianus, disceptationum forens. lib. 4. cap. 372. num. 50. aliam autem definitionem adducit Pichardus, in d. §. sui, n. 10. ubi etiam num. 16. explicat, quare suus appelletur hæres, de quo multa Osualdus ad Donnell. lib. 7. cap. 2. lit. N. & Parlador. different. 97. num. 3. & seg.

Ad num. 17. ibi: Primo infero, &c.

17 Quod non detur nec dicatur hereditas jacens, suo hæredes relicto, ut hic resolvitur, probant Menchaca de successuum creatione, §. 19. lib. 1. ex num. 30. Suarez in Thesuro receptarum, verbo, hereditas, Cevallos quest. 665. numer. 6. Molina de primog. lib. 3. cap. 13. nu. 21. Quesada diversarum questionum, cap. 3. numero 2. Osualdus ad Donellum lib. 7. cap. 2. in notat. lit. C. Gratianus disceptation. forens. lib. 4. cap. 732. num. 32. Tufchus tit. H. conclus. 21. ex num. 10. Guttierrez in §. sui, num. 98. Vela dissertatione 11. num. 31. Cancercus variar. 3. part. cap. 21. num. 5. Spino in speculo glossa 20. numero 12. & melius glossa 33. ex num. 4. & Pichardus, in relection. tituli, ff. de acquirenda hereditate, cap. 2. num. 26. ubi plures refert, & in dicto §. sui, ex num. 34. qui explicat, dictam resolutionem intelligendam, quando hereditas accipitur pro persona ficta, quæ defunctum representat, secus si accipitur pro unitate patrimonij, quæ per mortem alicujus ad alium pervenit, hæc enim etiam suis heredibus existentibus datur jacens.

Ibi: etiam ignorantem, &c.

Adde Pichardum, in §. sui autem, Institut. de hereditatibus qua ab intestato, n. 1. & per totam: & D. Joseph Vela, dissert. 11. ex n. 27.

Ibi: Ex quo dicebat Baldus, &c. juncto versiculo: Quod ego intelligo, &c.

Adde Guttierrez, in §. sui, num. 107. & seg. Gratianum disceptationum forens. lib. 4. cap. 732. num. 54. Cancerc. variar. lib. 3. cap. 21. num. 19. contra alios, ex supra allegatis, Tufchum supra lit. H. conclus. 21. & 23. num. 20. *Caldas in l. si curatorem, §. sine curatore, n. 71. Vela dissert. 11. num. 50. & vide infra, num. 27.*

18 Ad numerum 18. ibi: Secundo infero notabiliter, &c.

Si statuto caveatur ex qualibet hereditate solvendum esse Gabellam, quod hoc non habeat locum in hereditate delata filio suo, ut hic infert noster Gomezius; docent ut veriores & communiores sententiam contra Alexandram, in leg. in suis, ff. de liberis & posthumis, plures relati per Tiraq. in leg. si unquam, Cod. de revocandis donationibus, in principio, num. 19. Guttierrez, in §. sui, nu. 87. & multis relatis, Girona in tract. de gabellis, 7. part. §. 2. ex num. 3. ubi aliàs *Caldas, in l. si curatorem, verbo, sine curatore, num. 33. Molina, de justitia, tomo 1. di. putatione 189. num. 4.*

Ibi: Tertio infero quod ex prædicta suitate, &c.

Prædictam continuationem Domini, & suitatem, esse in causa, ob quam testamentum in quo filius suus præteritur, sit nullum, asserit, ut vides, noster Gomezius: de ejus tamen doctrina dubitat Guttierrez in dicto §. sui, num. 88. secutus Paulum, in l. si filius qui in potestate: ff. de liberis & posthumis, eam autem defendunt

Caldas in l. si curatorem, §. sine curatore, num. 34. & Pichardus in principio, instit. de exhæredatione liberorum, ex num. 5. de quo vide Osualdum ad Donellum, lib. 6. cap. 13. in notat. lit. A.

Ad num. 19. ibi: Quarto infero, &c.

Ufucapio vel præscriptio pro hæredes, an 19 possit locum habere in suo hæredes, diximus jam supra cap. 3. in addit. ad num. 20. ibi videbis.

Ad num. 20. ibi: Quinto infero, &c.

Ex magna conjunctione, patria potestate, & suitate, hereditatem non aditam transmittit pro filium suum heredem, ut hic resolvitur, docent, & exornant præter supra allegatos, *Caldas in l. si curatorem §. sine curatore, num. 37. addens non solum hereditatem, sed etiam beneficium abstinendi à Prætoris concessum transmitti, Guttierrez in §. sui, numer. 146. Menchaca de successuum creatione, lib. 3. §. 21. num. 266. & de successuum progressu, lib. 1. §. 6. Duarenus hoc tit. cap. 5. Spino in speculo glossa 33. num. 86. Villalbos in suis communibus lit. H. num. 31. & segg. Socynus regula 168. & 173. Pichardus in §. sui, instit. de heredum qualitate & differentia, n. 20. & 21. Tufchus lit. S. conclus. 883. quasi per totam. Surdus, decis. 138. num. 15. ubi num. 16. quod non solum portio patris hereditatis filio jure communi delata, sed ea quoque quam consequitur ex statuto, forore exclusâ transmittitur; & plurimos de hac resolutione agentes refert Pichardus, in relectione tituli, ff. de acquir. hereditate, cap. 31. num. 10.*

Ibi: Textus est capitalis, & expressus in l. apud hostes, Cod. de suis & legitimis, &c.

De explicatione hujus textus, vide D. Joseph Vela, dicta dissert. 11. num. 104.

Ad num. 21. ibi: Sed p'obrum, & subtile 21 dubium est, &c.

Et ibi. Sed non obstantibus, &c.

Hoc num. 21. latissime, ut vides, prosequitur noster Gomez, quæst. an beneficium abstinendi sit de jure civili? & denique resolvit solum esse de jure prætorio; id ipsum probat Guttierrez, in d. §. sui, num. 100. & ferè omnes citati n. antecedit. De alia parte questionis: an post beneficium abstinendi habeat locum transmissio ex potentia suorum, vide infra num. 23.

Ibi: Et subinfertur ex hoc, &c.

Leges fori locum non obtinere nisi probatâ consuetudine, & usu, docent Matienzo leg. 2. tit. 9. gloss. 1. num. 16. lib. 5. Recopilation. Castillo in lege 1. Tauri, verb. En que fueren usadas, Burgos de Paz, ibi, ex numero 107. Oroslus in leg. de quibus, ff. de legibus, num. 4. Guttierrez de juramento, 1. part. cap. 3. numero 25. Azevedo leg. 3. tit. 14. lib. 2. & alij relati à Valdesio, in additionibus ad Suarez, in præmio legum fori; ubi agit cui incumbat probatio; & qui si sit notorius usus Thom. Sanchi. de matrim. lib. 6. disp. 1. num. 5.

Ad num. 22. ibi: Sed in hoc articulo ego 22 teneo contrarium, &c.

Beneficium abstinendi concessum filio suo heredi, non finiri annuali dilatione, ut hic resolvitur, docent Guttierrez, in d. §. sui, num. 105. & seg. Pichard. ibidem, numer. 24. & ita in specie docet Molina de justitia, tom. 1. disp. 180. num. 10. & supponunt omnes citati supra num. 15.

Ad numerum 23. ibi: Sed ego teneo contra 23 riam sententiam, &c.

Etiam concessio beneficii abstinenti, hodie posse filium transmittere hereditatem ex potentia suarum, ad quoscumque extraneos, ut probatur hic, tenent Caldas in l. si curatorem, verb. Sine curatore, n. 37. Tufchus litera S. conclus. 882. & 884. Matienzo l. i. tit. 4. lib. 5. Recop. gloss. 7. n. 20. Cevallos quest. 161. n. 10. & 24. Spino in speculo, glossa 33. n. 86. eleganter Pichardus in d. §. sui, n. 21. & seqq. maxime n. 25. & in §. ita demum, Institur. de hereditatibus qua ab intestato, num. 21. & in relectione ad titulum, ff. de vulgari, cap. 11. numer. 18. & 19. Suarez in Theatro receptorum, verb. Transmissio, Antonius Gabriel in communibus, eodem verbo, Sordus decif. 138. num. 9. ubi plures refert Socyn. regul. 168. & 173. ubi limitat, Villalob. in communibus, conclus. 31. lit. H. ubi ampliat, & limitat Mantica de consuetudinibus ultimarum voluntatum, lib. 3. titul. 5. num. 14. Gregor. Lopez in leg. 2. titul. 6. part. 6. glossa 8. iterum Tufchus litera S. conclus. 883. num. 14. Duarenus hoc titul. num. 5. iterum Tufchus liter. T. conclusio- ne 370. num. 92. & sequent. ubi ampliat, iterum Socyn. regul. 217. verb. Heres, & regul. 212. D. Joseph. Vela d. dissertatione 11. num. 45. ubi docet transmitti cum beneficio abstinenti.

De infante autem, a transmittit iura suarum, videndi sunt Cevallos, quest. 354. & quest. 486. in quibus contrarius est D. Joseph. Vela, dicta dissertatione 11. num. 28. cum Gaillio lib. 2. observat. 131. num. 6. & 7. & aliis, apud quos affirmativa sententia magis obtinuit; & in eam videtur inclinare Tiraq. in trall. le mort. 2. part. declaracione 17. num. 3. Antonius Gabriel in suis communibus, verbo Transmissio, versiculo, Infans paternam, &c. Cardinalis Tufchus lit. T. conclus. 370. num. 5. 26. 40. & sequentibus, vide etiam infra, in addit. ad num. 56. versic. Quid autem.

An autem furiosus habeat hoc jus transmissio- nis? vide Jafonem in leg. infantis, Cod. qui admitti, &c. Benedictum in cap. Raynatus, verb. Mortuo itaque testatore, el segundo, num. 176. Tiraq. supra, Bernardum Diaz regul. 305. Gregorium Lopez in l. 13. tit. 6. part. 6. Joannem Gratianum regula 217. Cancercium variar. 3. part. cap. 21. num. 122. & seqq.

Ibi, Nec obstat primum argumentum, &c. Imo conditio si voluerit, non tollit suarum in filio: ut docent Pichardus in §. ita demum, Institur. de hereditatibus qua ab intestato deferuntur, n. 25. & diximus supra, de quo vide etiam D. Joseph. Vela d. dissert. 11. num. 43. & vide infra num. 77.

Et antequam ex hoc numero abeamus, advertas, quod etiam post dictum beneficium abstinenti a pratore indulget, filius antequam voluntatem suam declarat, est heres, ut probat latè Antonius Faber, decade 51. 2. part. errore 8. 9. & 10. & decade 32. errore 1. & cum eo Pichardus in relectione ad titulum, ff. de vulgari, cap. 11. num. 17. contra communem.

Ad numerum 14. ibi: Sed breviter, & resolutivè dico, &c.

Emancipatum filium etiam hodie non transmittit hereditatem ex potentia suarum, ut hic resolvitur, probant, ut verissimam doctrinam, Gutierrez in §. sui, num. 146. referens pro ea Padillam, Seguram, & Menchacam, Costa in §. quid si tantum, 3. part. num. 207. & sequent. Covarruvias in cap. Raynatus, num. 5. Calda

in l. si curatorem, §. lasso, num. 49. ubi etiam de filio conjugato idem affirmat, ut docet Gomez. Villalobos in suis communibus, verb. Hereditas paterna. Spino in speculo, glossa 33. num. 88. Osualdus ad Donellum libro 7. cap. 4. in notariis, lit. E. Pichard. Institur. de hereditatibus qua ab intestato, in initio c. 1. num. 26. & §. emancipari, eodem tit. num. 3. & in relectione titul. ff. de acquirenda hereditate, cap. 31. num. 10. Cevallos, quest. 627. num. 1.

Ibi, Ex quo infero, &c. De filio conjugato, idem docent omnes supra citati, quos vide, & Thomam Sanchez de matrimonio, lib. 7. disp. 82. num. 7. ubi etiam verius dicit tam in favorabilibus, quam in odiosis liberari conjugatum à patria potestate post benedictiones nuptiales: & addit quod si filius concipiat ante dictas benedictiones, licet nascatur post eas erit in potestate avi, donec emancipetur; vide etiam Cancercium variar. 3. part. cap. num. 20. & seqq.

Ad num. 25. ibi: Sed bis non obstantibus, &c. 25

Intentionem creditorum non esse fundatam contra filium suum heredem, ex eo quod sit talis, non probata per eos immixtione; ut probatur per Gomezium, tenent & docent plures relati, & secuti à Cevallos q. 849. ubi communem contra communem appellat Osuald. ad Donell. lib. 7. cap. 2. in notariis, litera V. & receptionem esse hanc opinionem dicit Pichardus in d. §. sui, Institur. de hereditate qualitate, & differentia, num. 24. Malcatus de probat. concl. 801. num. 2. Barbosa in collect. c. 1. de pignor. & latè disputans, & veritorem, & con minusorem dicens Gutierrez in d. §. sui, ex num. 101. ubi contrarius argumentis satisfacit Caldas in l. si curatorem, §. sine curatore, num. 31. Menoch. lib. 4. pref. 99. num. 4. ubi num. 5. declarat hoc procedere, quando ipse filius convenitur à creditoribus, secus si ipse agat, & tractetur de ejus utilitate, & commodo: Parladotius lib. 2. verum quotidianarum, cap. final. 4. part. §. 1. num. 2. B.eza de debitore, c. 6. num. 6. Mantica de consuetudinibus, lib. 12. titul. 10. Suarez in suis communibus, verb. Hereditas immixtio, vide eos, & D. Joseph. Vela, d. dissert. 11. ex num. 45. usque ad 51. ubi aliter explicat rem.

Ibi Unum tamen est, &c. Et ibi, Sed ego teneo contrarium, &c.

Adde, & vide supra citatos, & Mascardum de probationibus, conclus. 804. num. 23. & intellige hanc doctrinam nostri Gomezii, ut ipse explicat, versiculo, Quod subintelligit, &c. nempe quando filius comparat tanquam filius, & non tanquam heres, ad hoc enim ut inducatur immixtio, requiritur adhuc qui citra jus, & nomen heredis fieri non potest, ut probat Mascard. conclus. 47. Menochius lib. 4. pref. 101. n. 82.

Ad num. 26. ibi: Sed ad hoc notabiliter respondet, &c.

Non suarum dividi, sed ejus effectus, cum filius hodie post beneficium abstinenti ea gaudeat in utilibus, & non gravetur in prejudicialibus, ut in effectu resolvit Gomezius; docent Stephanus Gratianus dispensationum forensium, lib. 4. cap. 732. num. 58. & alij relati supra cap. 3. in additione ad num. 19. ibi videbis, ne bis eadem repetamus, & vide Pichardum in principio, Institur. de vulgari, num. 30. ubi quod Prætor non abstinuit suarum.

Ad numerum 27. ibi: Sed bis non obstantibus, &c.

Per triginta annos præscribi jus adeundi in extraneis, ut hic resolvitur, probant Antonius Gabriel titul. de prescriptionibus, conclus. 8. Spino, Tufch. in specul. testam. gloss. 33. num. 53. & 54. Tufch. lit. A. conclus. 185. & lit. I. conclus. 576. Molina de justitia tom. 1. disp. 180. ex num. 13. ubi declarat Parlador. differentia 23. num. 15. lib. 3. quotidianar. Villalobos in suis communibus, verb. Hereditas, num. 30. Cevallos quest. 628. & 714. Corraf. lib. 6. miscellan. cap. 21. num. 1. Suar. l. 1. tit. de las herencias, num. 44. & latius rem explicans Pichard. in relect. iii. ff. de acquirenda hereditate cap. 4. num. 7. ubi addit, posse testatorem præstiturere tempus additionis, ex l. si quis heres ff. de acquirenda hereditate, & iterum cap. 8. in fine, & in cap. 12. num. 41. & seqq. qui etiam satisfacit argumentis per nostrum Gomezium consideratis, in contrarium Duarenus ad tit. ff. de acquirenda hereditate, cap. 2. Vivius, in suis communibus, verb. Hereditatem adeundi jus. Suarez in suis etiam communibus verb. Hereditatis adeunda, apud quos exceptiones, & limitationes dicte resolutionis reperies, Gutierrez in d. §. sui, num. 108. ubi num. 109. ponit præcticam Judicum in abbreviando, terminum ad effectum dandi curatorem bonis, non ad excludendum heredem; de quo etiam latissimè D. Joseph. Vela dicta dissert. 11. ex num. 50. ubi num. 55. advertit cum aliis pluribus prædictum tempus triginta annorum tunc currere, quando alius terminus non fuerit assignatus à Judice ad eorum, quorum interest, instantiam, qui quidem terminus non poterit esse minor centum dierum, ad hoc ut exclusus censetur ab hereditate, vide eum ibi num. 51. ubi declarat nostrum Gomezium in presenti, & taxat Molinam supra & Pichardum in manu additionibus, 2. part. præcepto 2. num. 2.

Ibi, Item etiam argumento doctrine Bartoli, &c. in initio hujus numeri.

Quod nunquam præscribitur jus offerendi debitum creditori pro luendo pignore, ut hic ait noster Gomezius, docent Azavedus, Dita- tus Perez, Antonius Gabriel, Padilla, & alij plures relati à Cevallos quest. 3. ubi latissimè de hoc agit, communem contra communem asserens.

Ibi: Secundo pro ista parte facit, &c.

In hoc versiculo tangit noster Gomezius prescriptionem in actibus mere facultatis, de qua videndi sunt Doctores in l. operis, ff. de operis libere, & in leg. qui jure familiaritatis, ff. de acquirenda possessione, Antonius Gabriel titul. de prescriptionibus, conclusio. 10. Gratianus dispensationum, cap. 181. num. 26. & cap. 298. num. 10. & cap. 88. num. 14. & cap. 564. ex num. 44. & tom. 4. cap. 681. ex num. 6. Avendi. cap. 4. prator. 2. part. n. 17. Menoch. de arbit. casu 160. Avil. cap. 22. part. verb. Torres, num. 33. Barbof. in l. i. ff. solut. mar. 4. num. 8. Castill. in l. 64. Taur. Clar. receptor. §. secundum, quest. 30. Gutierrez. tom. 4. quest. 34. & 35. Cevallos tom. 1. quest. 3. num. 2. Pichard. ad tit. ff. de acquir. hered. cap. 12. num. 43. Larr. de annivers. lib. 1. cap. 12. Barb. in cap. accedentes, de prescript. in collect. & lib. 5. titul. 33. cap. 24. num. 8. Tiraq. de rr. conventi §. 1. gloss. 1. ex num. 21. Menoch. usufrequent. cap. 4. Amaya l. 1. C. de auro coron. lib. 10. ex num. 31. Farinac. decif. 73. lib. 1. Cancerc. var. 2. p. cap. 2. n. 109.

Ad numerum 28. ibi: Sed non obstantibus, &c.

Juri immiscendi præscribi contra filium per 30. annos, sicut contra extraneos, probat noster Gomezius in presenti, & ipsum defendunt Padilla in leg. si emancipata, n. 41. Cod. de juris, & facti ignorantia, Spino in speculo testamentorum, glossa 33. n. 66. Pinellus, & alij relati à Cevallos, quest. 714. ubi communem contra communem asserit, Antonius Gabriel titul. de prescript. conclus. 9. Tufchus lit. A. conclus. 576. Villalobos in suis communibus, verb. Hereditas, num. 30. Suarez etiam in suis communibus, verb. Hereditatis immixtioni, Pichardus in §. emancipati, Institur. de hereditatibus, qua ab intestato deferuntur, numer. 2. & in §. 1. ejusdem tituli, ubi ponit materiam successiois descendentium, num. 24. & alij relati per Valdesium, in additionibus ad Suarez, tit. de las herencias, num. 25. vide etiam D. Joseph. Vela supra citatum d. dicta dissertatione 11. num. 54. & sequentibus.

Ad num. 29. ibi: Secus tamen est si duplici via, &c.

Exclusum à successione ex testamento per lapsum triginta annorum adhuc posse succedere per alios triginta, si duplici via, & jure poterit succedere, ut hic resolvitur, & probant ex multis Padilla in leg. si emancipata, Cod. de juris, & facti ignorantia, num. 42. Villalobos in suis communibus, verb. Hereditas, num. 30. B. ruard. Diaz, regula 21. & ibi ejus Additionator Salcedus, & alij plures relati à Cevallos, quest. 715. Tufchus litera I. conclus. 576. nu. 7. & 40. Osualdus lib. 7. cap. 3. lit. B. & Gutierrez in §. sui, n. 80. Caldas in §. sine curatore, num. 78. Antonius Gabriel tit. de prescript. conclus. 9. n. 3. Suarez in titul. de las herencias, ex num. 52. ubi valdesius, Mantica de consuetudinibus, lib. 12. tit. 14. num. 18. Gratianus regula 365.

Adde quod si filio secundum jura noviora concedatur annus ad deliberandum, juxta l. fin. C. de jure deliberandi, si decedat elapso anno; an cessabit omnis transmissio, & hereditas ad proximiores patris successores pertinebit ab intestato? in quo Spino in speculo, glossa 33. num. 100. resolvit quod sic; ex leg. 2. titul. 6. part. 6. ibi; Mueris despues de el plazo, &c. cum vide & D. Joseph. Vela supra; numer. 55. & reliquos supra citatos, & Cevallos quest. 165. ubi an filius exclusus à successione ex uno capite, possit succedere ex alio?

Ad numer. 30. ibi: Secus tamen est quando 30 expresse, & simpliciter, &c.

Simpliciter, & expresse renunciationem comprehendere tam successioem ex testamento, quam ab intestato, ut hic resolvitur, docent Suarez in Theatro receptorum, verb. Hereditatem alienius, Covarruvias in cap. quamvis pactum, 3. part. §. 3. num. 5. Gutierrez ibidem; verb. Nullum ad bona paterna regressum, &c. num. 12. & verb. Omnino servari debet, num. 1. Menchaca de successioem creatione, lib. 2. §. 18. num. 113. & 119. Menochius consilio 6. ex numero 18. lib. 1. Molina de justitia, tom. 3. dispensatione 579. num. 13. noster Gomezius in leg. 2. Tauri, num. 8. 9. & alij plures relati à Thomâ Sanchez in sum. lib. 7. cap. 7. num. 1. Cancercium var. 1. part. cap. 4. num. 69.

Ex quo primò inferit ipse Thom. Sanchez eum aliis, quod iste filius ita renuncians, si prætereat, vel sine causa exheredetur, non poterit dicere testamentum nullum, & ita tenet Cancercium variar. 1. part. cap. 4. num. 69. & seqq. Et num. ibidem. probat eum communi contra alios,